

2063

C O D I C E S

2064

II. fol. 50. absque Titulo sequitur *Hymnarium* per annum initio ducto ab Hymno: *Ueni redemptor gentium, ostende partum virginis &c.* qui, ut ait Commentator, qui eum per partes exponit, canitur in aduentu domini in vesperis usque ad nativitatem christi. Singulae porro partes bohemice *κατα λεξιν* exponuntur ita: *Veni pryd redemptor wykupytyly gentium lydy ostende vka partum plod virginis dyewky miretur dywsie omne seculum weskyn swyet talis partus porod decet fluslye deum boha &c.*

III. fol. 143. p. 2. *Notabilia bona de Biblia*. Videlicet Loca excerpta praecipue e *Pentateucho*, in quibus etiam difficultioribus vocibus Significata bohemica adduntur, v. g. *inanis nerodna*, *erumpnas bolesty*, *nongenti dewyest set*, *quinquaginta padefat*, *foedus mocz &c.* Extrema horum *Notabilium* evulsi foliis perierunt unacum initio Congeriei quorundam Effatorum philosophicorum, unde adhuc Sententiae *Ptolemaei*, *Senecae*, *Certilai* (*Critolai*) *Socratis* supersunt.

IV. fol. 168. *Sermones III.* *De sando Cristoforo fabulosus. De purificatione. De sando petro et paulo abruptus.*

DCCCXXXVII.

R. 2123 Codex membraneus germ. Sec. XIV. Pagg. 222. f. min. eleganter exaratus, minio distinctus, et quondam Conventus Vienn. Carmelitarum Discalceatorum continet Epi-

stolas et Evangelia per annum in Officio sacro legi solita in Germanicum versa hoc Rubro: *Hie haben sich an die Epistel vnd die ewangilg durch das iar.* Initium ducitur ab Epistola Vigiliae Nativitatis. *Paulus am den heiligen abent zu weinachten.* Atque ea fit specimen. *Prueder paulus der knecht ibesu cristi ein apostel der gesundert ist zu gotes ewangelium.* daz er vor gelobt het durch die propheten. an der heiligen schrift. von seinen sun. der vns geporn ist. von dem samen dauicz. an der menschait. der vor geordent ist. gotes sun. an der tugent. nach dem geist. der belikait. von der auferstendung der toten. unsers herren ibesu cristi durch den wir genomen haben die gnade. vnd der aposteln ampt. vnd sein geborsen dem gelaub. under allen dingen seit ir geladen yn unsers ibesu cristi namen. Ita satis ordinate proceditur per Officia de Tempore usque ad Dom. XXV. post. Pentec. pag. 164. deinceps vero nulla Calendarii ratione habita sequuntur Festa SS. sic tamen, ut e potioribus pauca desiderentur. Indicem, qui turbationi huic medeatur, manus recentior adjicit.

DCCCXXXVIII.

Codex membraneus germ. Sec. R. 2036
 XIV. Folior. 156. 4. min. eleganter perscriptus, rubricis distinctus, et olim *Ktyna Parthenonis Thalbacensis* Ord. S. Francisci ad Bregentium est *Evangeliarium* per anni circulum ita insignitum:
Ditz